Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

iectis armis sine effusione sang-
uinis christianorum fuge presidium
quesiuit. Quo uiso rex sanctus ele-
uatis oculis ac manibus in celum.
benedixit deo celi et ait. Benedi-
co te rex celi et terre. qui superbis re-
sistis. et humilibus das graciam. qui
custodis diligentes te. et glorifi-
catus es in gentibus. propter datam nobis
de celo uictoriam. Victis ergo
barbaris. et que ad futuram pacem
prodesse poterant firmissima pac-
tione stabilitis. uir beatus cum
suis in sua redierunt cum pace.
glorificantes et laudantes deum
qui saluat sperantes in se.

Cunque christianissimus rex polo-
niam. boemiam. morauiam
tributarias fecisset. ob re-
uerenciam sancti laurencii martiris. exalta-
cionem et destructionem merse bur-
gensis ecclesie. cepit pio intuitu misericordie et
pietatis respicere. et ad nichilum re-
dactam in edificiis. in ministerialibus
secularibus possessionibus. in ecclesiasti-
cis ornamentis. in pristinum gradum
pontificalem dignitatis. sicut deo
et sancto laurencio uouerat studuit re-
staurare. Nec prius ab operibus inceptis
destitit. quo ad usque eam ad anti-
quum statum dignitatis. et pristinum
honorem religionis ex integro perduceret.

Denique episcopatum babenbergensem ex
integro in suo domate fun-
dauit. terminis uidelicet
ab adiacentibus episcopatibus legitimo con-
cambio commutatis. Eundem uero
episcopatum principibus apostolorum petro et pau-
lo. et preciosissimo martiri georgio ad-
titulatum speciali iure sancte romane
ecclesie contradidit. ut et prime sedi de-
bitum diuinitus impenderet honorem.
et suam plantacionem tanto patrocini-
o firmius communiret. In mediana
quoque ciuitatis monasterium in hono-
re sancti stephani prothomartiris sub ordi-
ne canonico construens. ex altera
uero hoc est aquilonari. aliud mona-
sterium sub monachili regula in ho-
nore sancti michahelis archangeli.
sanctique benedicti abbatis constituens.
sibi sueque ciuitati supra petram apo-
stolice firmitatis fundate. muro que
et propugnaculis meritorum sancti georgii
ceterorumque sanctorum munite ac exornate.
contra incentiuos uiciorum iactatus
turrim fortitudinis in stephano. et con-
tra refrigerantes flatus illius qui in
aquilone unde malum omne pandetur.
sedem ponere disposuit. refugium tercium
in angelico preparauit presidio. ut a dex-
tris et a sinistris iusticie armis ual-
late in nullo sufficiat insidiator pre-

His tribus ecclesiis Qualere
postea per guntherum eiusdem
babenbergensis sedis quartum
presulem. et per reginoldum quendam uirum
nobilem addita est quarta ecclesia. in hono-
re sancte MARIE matris domini. et sancti gingol-
fi martiris extra urbem uersus orien-
tem in loco tewerstach. sub ordine
et professione canonica. Denique sextus
eiusdem sedis episcopus herimannus contra
urbem uersus occidentem in honore
sancti iacobi apostoli zebedei ecclesiam sub
ordine canonico inchoauit. hanc
otto humilis amator pauperum christi.
octauus eiusdem sedis episcopus cooperante eb-
hardo preposito consummauit et dedica-
uit. ac stipem ordinemque illic deo ser-